

89.

THRENVS,

MATRONAE OPTIMAE AC PIENTISSIMAE

BARBARÆ,  
Nat. CZIEREN-  
BERGIAE  
*VIRI*

PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI  
CLARISSIMIQVE,  
DOMINI

EPHRAIM  
PRÆTORII,

REV. MINISTERII APVD THORVNENSES SENIORIS,  
AC PASTORIS AD AEDEM B. MAR. VIRG.

MVLTO MERITISSIMI,

VXORI AMANTISSIMAE,

D. XXI. APRIL. A. CLO CXLIII.

GEDANI NATAE,

PLACIDE AVTEM DEFVNCTA  
THORVNII,

D. XXIX. OCTOBR. A. CLO CCCX.

IN SOLENNIBVS EXEQVIIS,

D. V. NOV. EIVSD. ANNI INSTITVTIS,

ANIMIS equataq; et officiis PLENIS,

DICATVS

GYMNASII THOR. RECT. PROFES. AC VISIT.

THORUNII,

IMPRESSIT JOHANNES NICOLAI, NOB. SENAT. ET GYMNASII TYPOGRAPHVS.

**N**on aedes potuere Tuæ, Venerande Sacerdos,  
Intablae infestis porro manere matis.  
**Q**uot non per patriam tacito grassata veneno,  
Hactenus innocuos abstulit atra lues?  
**H**aec cum multorum funesta clade penates  
Foedaret, Tua stat salva relicta domus.  
**Q**uas non tentabas gratus tunc pangere laudes  
Excubiis fidis tectus ubique Dei.  
**A**t nunc incerto fato mors improba vitae  
Eripuit sociam non sine laude piam.  
**N**ae gemis hanc merito, quæ sic virtute probavit  
Esse sui sexus se decus atque Viri.  
**I**ntrepidò tamen hunc animo convince dolorem  
Magnum, neve Tuis sis minor ipse malis.  
**N**on satis est, Christi normam vocemque docere,  
Laus est, exemplo rite praetire gregi.  
**D**ivinas revoca foecundi pectoris artes  
Non de erunt fidei tot documenta tuae.  
**Q**uae parat afferuans inhanti gnava colono  
Ipsa sibi interdum mella ministrat apis.  
**Q**uae praebes aliis placidae solatia menti  
Numen cunctipotens imprimat ista Tuæ.  
**D**ices: a Domino venit hoc, cur ferre recusem?  
Nam mea vita subest illius arbitrio.  
**C**uique sua est decreta dies, est terminus aevi:  
Omnia praescriptis stantque caduntque suis.  
**S**ic mea, chara Deo, est plenis ingressa triumphis  
Tecta poli coniux laeta, volente Deo.  
**E**t lubrico defuncta aero, iam nacta quietem  
Laeta vices orbis dedidicit fragiles.  
**E**rgo, afuescamus Domino, dum vivimus illic,  
Sic animis placidis nulla ruina venit.

Animi dolorem atque affectum conte-  
status haec scri.

M. P. LAENICHIUS, R.

**E**n! vocor ad tumulum lacrymans, maestosque Penates,  
Ruptaque conjugii vincla fidemque queror.  
**Q**uid? num mors sacras nostri Senioris in ædes  
Ingressa est, illis multaque damna dedit?  
**S**ic est. Quæ Pylios fuit annos vivere digna  
Matrona, & plures cernere in orbe dies:  
Occubuit mortis ferali falce resecta,  
Gaudia supremo Numine plena capit.  
Illa peregrinos, inopes, ægrosque fovebat,  
Munificam viduis Illa ferebat opem.  
Virginis, Illa fide vera splendebat, in æde,  
Auditrix Verbi candida facta DEL.  
Illi pectus fuerat domus incluta sancti  
Flaminis, & morum suavis imago fuit.  
**Q**uae pia, quæ cunctis vixit per amabitur, Illi  
Debuit in pacis sedibus esse locus.  
**A**b! quoties pestis rabiem bellique furorem  
Devotis precibus pellere prompta fuit.  
**A**b! quoties flexis genibus lacrymisque rogabat,  
Ut D E U S a nostra verteret urbe cruces.  
**A**b! quoties charo bona verba precata Marito est,  
Cum faceret sancto munia sacra D E O.  
**A**b! quoties mihi met solatia firma volvebat,  
Cum tetigit fragilem fors inimica domum.  
**N**on est de nihilo, cum falce metuntur honestæ  
Personæ, & cultæ moribus usque probis.  
**N**am velut Heroes ferro mala fata repellunt:  
Sic illæ lacrymis pellere damna queunt.  
**U**t glacie dura, spumis niveisque solutis  
Pura licet, tamen heu! collutulatur, humus.  
**S**ic ubi canities fidei morumque piorum  
Solvitur, ecce luto singula quæque scatent.  
**S**im falsus Vates, ne nos majora pericla  
Obvallent, quando mors rapit atra piæ,  
**Q**uae poterant variis ut murus abeneus esse  
Hostibus, auxilio resque juvare graves.

Sed

Sed quo pro labor? non vult angustia chartæ  
Pluribus ut referam quæ referenda forent.  
Te queror & doleo, Senior Reverende, quod omnem  
Spem præter Coniux sit tua rapta cito.  
Tranquillam cum qua vitam per quinque trahebas  
Lustra, Tibi tamen hæc non nisi mensis erant.  
Quo major vestri fuit olim nexus amoris;  
Sævior hoc luctus, grandior atque dolor.  
Optima tot gemitus Coniux ignorat in astris,  
Quot nos depascunt, cordaque nostra premunt.  
Illi in facie species divina resulget,  
Præmiaque a Trino Nume leta capit.  
Maxime Vir, solum Te non afflit iniquus  
Iste dolor: quæ nunc fors tua, nostra fuit.  
Si nimium tua damna doles, mihi divide luctum,  
Parte dolet, quisquis condoliuisse potest.  
Non æquum est fortes animos deponere: fas est  
Majores fati casibus esse Viros.

Hicce Beatissimum Conjugem Maxime Reverendi  
Dni Schlotis, Fautoris & Compatrii per dilecti  
comitari voluit

M. Martinus Bohm.

**O** Senior summè Reverende, querela piorum  
De fatis à me vix Tua lecta fuit:  
Qua quereris mitti funesta peste sub umbras  
Multos, exemplum qui pietatis erant;  
Quaque superstitibus præbes solatia mœstis.  
Hanc dum tristitia plenus & ipse lego,  
Nuncius accelerat referens: Domini Senioris  
Coniux in vivis desit esse modo.  
Obstupui, verum reputans mendacia fama,  
Incerto testi credere vix potui:  
Certior ast factus charæ de morte marite,  
Cum qua mansuetè urvere sicutus eras;  
Nescio, num pro Te primum solatia scribam,  
Vir Venerande; vices Coniugis an doleam.  
Dumque diu cunctor, scio Te solamina ferre  
Posse Tibi, sicut ferre soles alii:  
Et plorare vices Ejus, que scandit ad astra,  
Et cœli carpit gaudia, non opus est.  
Mortua qnapropter tranquilla in pace quiescat,  
Tugue diu vivas, Vir Reverende, precor.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS.